



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

quintus est contemptus mundi. 27

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGARITAE EVANG.

& non nisi per crucem huiuscemodi introire in regnum tuum voluisti: quanto magis me vermiculum aliquid pati, sed sub omnium pedibus conculcari æquum est: Non enim est seruus maior domino suo. Quamobrem o dñe Deus meus crucifige, distende & occide in me, quicquid mīdus amat in me, & tua passiōe diluas, quicquid ego sustinere merui (satis em̄ superq̄ tu pro me satisfacisti) vt sic innocēs tecū pati valeam: desque mihi Deus meus, vt omnes aduersarios meos mansuetudine vincam, & ne vincar a malo, sed vincam in bono malum, eosque omnes qui me psequunt̄, et pro eis orare nullatenus cessem. Ista humilis paciētia fundamentum est vitæ spiritalis, per quam omnes inimici superantur. Et qui tales sunt, illi in quartum angelorū ordinem, Potestatū videlicet admittuntur per Christū lesū dominū nostrum, qui omnes aduersarios suos humili paciētia superabat. Gaudentque angeli ordinis huius de suæ augmento societatis, et homines huiusmodi in pace custodiunt, spiritus malignos, ne eis nocere valeāt, coercendo. Et hic plus habebunt gaudiū homines illi in Deo, quā omnes angeli ordinum inferiorum.

De quinto gradu, qui est contemptus seculi.
li. Cap. XXVII.

Quintū gradū per quem in chorū quintū, Principatuū videlicet ascendit, illi tenēt, q̄ mundū atque seip̄os contemnentes in Dei sese desiderīū trāsfundunt, & vim suam concupiscibilem mundā seruant, in nullo suā delectationem aut voluptatem sectantes, vel regrentes, neque

LIBER II.

neq; hic neq; in futuro: quatenus omnipotēs De-
 us solus in eis gaudium ac delectationē pro suo
 voto habere possit, cuius etiam solummodo in
 omnibus honorem ac gloriam quærunr, cunctis
 que ea intentione & in eum finem, ad quem ipse
 ordinavit, pro suo amore vtuntur. Isti sunt fertile
 granum frumenti, qui in terram, id est, in Chri-
 stum ceciderunt, & mūdo in seipsis mortui mul-
 tos viuos atq; cœlestes proferunt fructus: ideoq;
 in Principatū ordinem admittuntur per Chri-
 stum Iesum, qui suam in terris delectationem nō
 sequebatur, neq; honorem vllum affectabat hic
 vel in futuro, sed tota intētiōe cœlestis patris sui
 gloriam & honorem quærebat, & omnem isto-
 rum hominum cupiditatem morte sua acerbissi-
 ma deuicuit. Ipse est etiam fœcundum illud gra-
 num frumenti, vnde omnia pascuntur, & quæ
 in cœlis, & quæ in terris sunt. Deniq; huius or-
 dinis angeli mundo principantur, & sublimio-
 res regunt potestates. Ideoq; diligenter cauent ne
 homines isti vel a mundo, vel a seipsis superen-
 tur. Et hic plus gaudiij obtinebunt homines isti,
 quam omnes alij angeli, de quibus est antea di-
 ctum.

De sexto gradu, qui est patiēs introuersio,
 siue internitas. Cap. XXVIII.

Sextum gradum, per quem in sextum ange-
 lorum chorum, Dominationū videlicet, a-
 scenditur, illi tenent, qui patiēti corde ac in-
 trouersione Deo seruiunt, & a veritatis irradia-
 tione in omni loco, & qualibet actione sua in-
 troducuntur. Et hi valde despiciuntur & persecu-
 siones magnas patiuntur, ab his etiam, qui vidē-
 tur

Q v tur